

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Iusticia et iustus g
cum fonte primo

Iusticia est que
nil alienum uendicat, que cuilibet dat
quod suum est,
que negligit propriam utilitatem
ut seruat communem equitatem;

et secundum ipsum prima iusticia in
Deum, secunda in patriam, tertia in
parentes, quarta in omnes.

Ambrosius I. de officiis.

Quod his uiris uirtutum principalium
officium defuit? Quarum primo loco
constituerunt prudentiam quae in ueri
inuestigatione uersatur et scientiae
plenioris infundit cupiditatem; secundo
iustitiam quae suum cuique tribuit,
alienum non uindicat,

utilitatem propriam negligit
ut communem aequitatem custodiat;
tertio fortitudinem quae et in rebus
bellicis excelsi animi magnitudine et
domi eminent corporisque praestat
uiribus; quarto temperantiam quae
modum ordinemque seruat omnium quae
uel agenda uel dicenda arbitramur.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1,
24 (CCSL 15, M. Testard ed., p.41,
ll.77-85).

Iustitiae autem pietas est: prima in
Deum, secunda in patriam, tertia in
parentes, item in omnes.

Ambrosius Mediolanensis, *De officiis*, 1,
27 (CCSL 15, M. Testard ed., p.46,
ll.12-13).